



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Avrea Gemma Christianorvm

Ruben, Leonhard

Paderbornae, 1604

LXIII. De quinto verbo Christi in cruce. Sitio, cui præbetur potus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68313)

nus oblitus est mei. Nunquid obliuisci potest mater infantem suum, ut non misereatur filio uteri sui? si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tu. Etenim in manibus meis descripsi te: muri tui coram oculis meis semper.

VERITAS. Matth. 27. 46. 47. 48. 49. Et circa horam nonam clamauit Iesus voce magna, dicens: Eli, Eli lamma Sabacthani, hoc est Deus meus, Deus meus ut quid dereliquisti me? Quidam autem illic stantes, & audientes, dicebant: Eum vocat iste. Et continuo currens unus ex eis accipiam spongiam impleuit aceto, & imposuit arundini, & dabat ei bibere. Cateri vero dicebant: Sine videamus an veniat Elias liberans eum. Marc. 15. 34. 35. 36. Et hora nona exclamauit Iesus voce magna, dicens: Eloi, Eloi lamma Sabacthani? quod est interpretari Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? Et quidam de circumstantibus audientes, dicebant: Ecce ce Eliam vocat. Currens autem unus, & impleuit spongiam aceto, circumponensq; calamo, potum dabat ei, dicens: Sinite videamus si veniat Elias ad deponendum eum.

CAPVT LXIII.

De quinto verbo Christi in cruce, Sitio, cui praeberetur potus.

- FIGVRAE. 1. Samson stratis Philistaeis Tit. Iud. 15. 16. 17. 18. 19.
- 2. Dauidi sitienti cum duo milites cum periculo vite, & ex cisterna Bethlehem tulissent aquam, noluit bibere. 2. Reg. 23. 15. 16. 17.

3. Tubentur Iudæi fasciculum hyssopi tingere in sanguine agni Paschalis, & aspergere super liminare, & vtrumq; postem, ne egrediatur domum percussor & exterminator. Exo. 12. 22. 23. 24.

4. Hyssopus in mundatione leprosi circumligatus ligno cedrino cum vermiculo adhibetur cum sanguine passeris. Leuit. 14. 49. 50. 51. 52. 53. vt supra capite 54.

5. Hyssopo tincto in aquâ & cineres vaccæ rufæ, mundus mundat immundum aspergendo. Num. 19. 17. 18. 19. 20. Deut. 32. 33. *Fel draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile.*

PROPHETIAE. Psal. 21. 16. *Aruiit tanquam testa virtus mea, & lingua mea adhesit faucibus meis: & in puluerem mortis deduxisti me.* Psalmo 68. vers. 21. 22. *In conspectu tuo sunt omnes qui tribulant me, improprium expectavit cor meum, & miseriam: Et sustinui qui simul contristaretur, & non fuit: & qui cõsolaretur, & non inueni. Et dederunt in escam meam fel: & in siti mea potauerunt me aceto.* Psalm. 101. 4. 5. 6. *Quia defecerunt sicut fumus dies mei: & ossa mea sicut cremium aruerunt. Percussus sum vt foenum, & aruit cor meum: quia oblitus sum comedere panem meum. A voce gemitus mei adhesit os meum carni mea.* Ierem. 2. 21. *Ego autẽ plantavi te vineã electam, omne semen verum: quomodo ergo conuersa es mihi in prauã vineã aliena? Thren. 3. 15. Replevit me amaritudinibus, inebriauit me absynthio. Vers. 19. Recordare pauperatis, & transgressionis meae, absynthij & fellis.*

VERITAS. Matth. 27. 48. Et currens
 currens vnus ex eis acceptam spongiam impleuit
 aceto, & imposuit arundini, & dabat ei bibere. Marc.
 15. 36. Currens autem vnus, & implens spongiam
 aceto, circumponensq; calamo, potum dabat u. di.
 cens: Sinite, videamus si veniat Elias ad depren-
 dum eum. Ioan. 19. 28. 29. 30. Postea sciens Iesu
 quia omnia consummata sunt, vt consummaretur
 scriptura, dixit: Sitio. Vas ergo erat plenum a-
 cetoplenum. Illi autem spongiam plenam acetosse
 sopo circumponentes, obtulerunt ori eius. Cum er-
 go accepisset Iesus acetum, dixit: Consummatum
 est. Et inclinato capite, tradidit spiritum. Sicut
 tit Christus, vt potet nos vino compunctionis:
 Sic Synagoga dat acetum Christo sitienti, quia
 de petra aqua potauit, & melle saturauit. Nu-
 mer. 20. 10. 11. Psalm. 80. 17. Et cibant eos ex
 adipe frumenti, & de petra, melle saturant eos. 1. Co-
 rinth. 10. 4. Et omnes eundem potum spiritalem
 biberunt (bibebant autem de spiritali, consequen-
 te eos, petra: petra autem erat Christus)

CAPVT LXIV.

De sexto Christi verbo. Consummatum est.

FIGVRAE. I. Compleuit Deus die septi-
 mo opus suum quod fecerat. Genes. 2. 1. 2.
 2. Mortuo summo sacerdote homicida
 profugus reuertitur in terram suam. Numer.
 35. 31. 32.

3. Mille